

longinquis locis, ab artibus, ab Ecclesiæ primatibus, atq; illis omnibus, quorum commendationem signum domus nonæ habuerit.

Cum ad decimam, beneficia principum speranda, lucrum artium, & professio-
nis, & functionis.

Cum ad undecimam, bonum ab amicis expectandum. Tunc lucrosæ erunt
negociationes, fœliciter pecunia tunc mutuō dabitur. Hoc optimum est tempus pe-
tendæ debitæ pecuniæ, aut meriti beneficij à principibus.

Cum uero ad duodecimam peruererit profectio, proderunt captiui, & mala
facinora, equi, boues, asini, & huiusmodi animalia, Sed tamen ferè aliquid de fortu-
nis minuitur uta, ut clam, maximè li Saturnus, uel palam Mars hanc domum in ge-
nesi possederint, aut signi illius domini fuerint nati subducantur.

De stellarum dominantium signis partis fortunæ & secundæ domus decretis.



VM Saturno cesserit dominium profectionis annuæ partis fortunæ,
uel secundæ domus, & cum profectio hæc fortunatum locum tenuerit,
aut in secundas Saturni configurationes inciderit, promittunt tum
possessionum augmenta, hæreditates, thesauri, metalla, fœcundum so-
lum & agriculturæ opes. Sed eadem profectio in loco infortunato, aut
Saturni coniunctione, eiusdem'ue opposita, uel quadrata configuratione, significat
auditatē, & sollicitudinē in augenda re, facitq; illiberales, parcosq;, nec tamen cū suc-
cessu, aut enim facultates non augebunt, aut si auxerint, aliqua calamitate amittent.

Jupiter harum profectionum dominator, cumq; hæc in fortunata loca cecide-
rint, aut ad Iouem accesserint, uel cum illo configuratae fuerint, bona facultatesq; au-
gent munificentia Regum & principum, ac nobilium, promittuntq; omnium rerum
profetus, potissimum autem à primatibus ecclesiæ beneficia. Sed si profectiones hæ
forte inciderint in loca infortunata, tunc uel bonum ipsum ostensum non tribuitur,
aut etiam damnum fit & dispendium, incuria, aut mercaturæ incommodis, aut etiam
prodigalitate, & temerarijs impensis, amittitur aut minuitur.

Vbi Mars dominium sortitus fuerit harum profectionum, ipsæq; fortunatis
in locis, aut cum configurationibus secundis illius repertæ fuerint, decernitur fortu-
nabelli & pugnarum, principatus ordinum militarium, lucrum armorum, equorum,
& rutilantium ac bellicarum rerum, nec non Chemiæ, & quicquid igne elaboratur.
Sed cum hæc profectiones uel infortunata in loca, uel in coniunctionem Martis, ad
uersas'ue configurationes illius incurrerint, contraria omnia sentientur, tum & dam-
na dabuntur natis à flammis, prædonibus, furibus, mendacibus, hostibus, & occasio-
nibus alijs Martialibus.

Cum Sol dominus fuerit harum profectionum, cumq; illæ fuerint fortunatis
in domibus, aut ad secundas peruererint Solis configurationes, significat regia be-
neficia, & facultatum incrementa, benignitate principum, promittit & auri metal-
lum, & successum in Chemia, & operibus omnibus quæ ad ignem fiunt. Sed cum
inciderint in loca infortunata, aut peruererint ad Solis coniunctionem oppositam'ue
aut quadratam configurationem, tum uero à regibus & principibus malum & uis-
natis afferetur, eripienturq; bona, ac facultates minuentur, Chemia spem omnem
frustrabitur, necq; omnium operum quicquam utiliter ad ignem fiet.

Veneris cum fuerit harum profectionum dominum, cumq; ipsæ ceciderint
in figura natuitatis fœliciter, aut ad coniunctionem configurationes'ue Veneris per
tene-